



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1865**

V. Markgraf Waldemar verkauft dem Heiligengeist-Hospitale zu Berlin das  
Dorf Heinersdorf, am 13. April 1319.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

V. Markgraf Waldemar verkauft dem Heiligengeist-Hospitale zu Berlin das Dorf Heinersdorf, am 13. April 1319.

In nomine Domini Amen. Res temporaliter geste, cum lapsu temporis evanescent, si non scripturarum munimine perhennantur. Hinc est, quod nos Woldemarus, Dei gratia Brand. et Lusat. Marchio, ad univerforum tenore presentis litere volumus manifestam notitiam pervenire, quod matura habita deliberatione Domui Sancti Spiritus intra muros Civitatis Berlin site ac hominibus inibi languentibus presentibus et futuris vendidimus debito modo et rationabili villam Hinrickstorpe cum omnibus juribus, proventibus, utilitatibus, commodis, Jure Patronatus Ecclesie ibidem, supremo et infimo judicio, cum precaria quavis denarii et frumenti, cum servitio curruum et alio quovis reali et personali, cum agris cultis et incultis, cum pratis, pascuis, lignis, molendino, cum omnibus suis limitibus ad ipsam pertinentibus, necnon cum universis inter limites ipsos contentis, licet de eorum aliquo specialis esset mentio facienda, juste et vere proprietatis titulo perpetuo tempore pacifice sine omni molestia possidendam. Renunciantes solennitate solita dicte ville ac juribus omnibus ac utilitatibus predictis, tam quoad possessionem, quam quoad proprietatem, quantum ad nos ac nostros heredes necnon quoscunque nostri domini successores, mittimusque discretum virum Dnm. Arnoldum presbyterum, Proviforem dicte domus, in possessionem corporalem nomine domus ejusdem et languidorum per presentes literas solempnitate solita atque justa. Proinde dictus Provifor dicte domus nomine, nobis dedit et persolvit centum et quinquaginta marcas argenti Brand. et ponderis in pecunia numerata, de quibus dictam domum ac homines quitos presentibus nunciamus. Et ne de hoc nostro facto aliqua dubietas exsurgat in futurum, hanc litteram super eo dari fecimus, in presentia subscriptorum testium ad hoc rogatorum, nostri sigilli robore firmiter communitam. Testes sunt hujus Nobilis Vir Dominus Güntherus, Comes de Kevernburg, Henningus de Blanckenborch et Droyseco, Dapifer, Matthias de Bredowe, Advocatus, Brofseco, Pincerna, Henningus de Vorland, Buffo de Mylowe, milites, Everardus, Prepositus Stolpenis, Nicolaus, Prepositus Bernoviensis, et Hermannus de Luchowe, nostri Capellani, cum aliis pluribus fide dignis.

Datum Berlin, Anno Domini Millefimo CCC decimo nono, sexta feria festi Pasche.  
Küster a. a. D. II, 662 und Schmidt's Memorab. Berolinens. Dec. II, S. 25.

VI. Herzog Rudolph von Sachsen überläßt den Städten Berlin und Köln alle Rechte über die Juden, welche sich in beiden Städten befinden, am 10. Mai 1323.

In nomine Domini Amen. Rudolphus, dei gratia Dux Saxonie, Angharie, Westphalie, Comes in Bren et Burchgravius in Magdeburg, — nostris civitatibus Berlyn et Colonia et omnibus nostris ciuibus nunc et in futuris temporibus inibi residentibus vniuersos et singulos nostros Iudeos in predictis ciuitatibus nunc et in perpetuum residentes cum omni proprietate, cum